

Objektyp: **Issue**

Zeitschrift: **Schweizerische Kirchenzeitung : Fachzeitschrift für Theologie und Seelsorge**

Band (Jahr): - **(1903)**

Heft 42

PDF erstellt am: **03.07.2024**

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern. Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

Haftungsausschluss

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

Kirchen-Zeitung

Abonnementspreise: Franko durch die ganze Schweiz: Jährlich Fr. 6. —, halbjährlich Fr. 3. —; Ausland (inkl. Frankatur): Fr. 9. — pro Jahr

Verantwortliche Redaktion:

A. Meyenberg, Can. et Prof. theol. in Luzern.

Ersteht je Donnerstags

Verlag und Expedition:

Räber & Cie., Buchdruckerei u. Buchhandlung, Luzern.

Inhaltsverzeichnis.

Encyclika des hl. Vaters Pius X. — Aus den Generalversammlungen und Sektionsarbeiten des Katholikentages. — Vorlesungsverzeichnis an der theologischen Lehranstalt und dem Priesterseminar in Luzern. — Briefkasten der Redaktion. — Inländische Mission.

VENERABILIBVS FRATRIBVS

PATRIARCHIS PRIMATIBVS ARCHIEPISCOPIIS EPISCOPIIS

ALISQVE LOGORVM ORDINARIIS

PACEM ET COMMVNIONEM CVM APOSTOLICA SEDE HABENTIBVS

PIVS PP. X

VENERABILES FRATRES

SALVTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

E supremi apostolatus cathedra, ad quam, consilio Dei inscrutabili, euecti fuimus, vobis primum eloquuturos, nihil attinet commemorare quibus Nos lacrymis magnisque precibus formidolosum hoc Pontificatus onus depellere a Nobis conati simus. Videmur equidem Nobis, etsi omnino meritis impares, convertere in rem Nostram posse quæ Anselmus, vir sanctissimus, querebatur quum, adversans et repugnans, coactus est honorem episcopatus suscipere. Etenim quæ ille moeroris indicia pro se afferebat, eadem et Nobis proferre licet, ut ostendamus quo animo, qua voluntate Christi gregis pascendi gravissimum officii munus exceperimus. *Testantur*, sic ille¹, *lacrymæ meæ et voces et rugitus a gemitu cordis mei, quales nunquam de me, ullo dolore, memini exiisse ante diem illam, in qua sors illa gravis archiepiscopatus Cantuariæ visa est super me cecidisse. Quod ignorare nequiverunt illi qui, ea die, vultum meum inspexerunt . . . Ego magis mortuo quam viventi colore similis, stupore et dolore pallebam. Huic autem de me electioni, imo violentiæ, hactenus, quantum potui, servata veritate, reluctatus sum. Sed iam, velim nolim, cogor fateri quia quotidie iudicia Dei magis ac magis conatui meo resistunt, ut nullo modo videam me ea posse fugere. Unde iam, non tam hominum quam Dei, contra quam non est prudentia, victus violentiâ, hoc solo intelligo me uti debere consilio, ut, postquam oravi quantum potui, et conatus sum ut, si possibile esset, calix iste transiret a me ne biberem illum. . . meum sensum et voluntatem postponens, me sensui et voluntati Dei penitus committam.*

Nec plane repugnandi causæ, multæ et maximæ, defuerunt Nobis. Præterquam enim quod honore pontificatus, ob tenuitatem Nostram, nullo pacto Nos dignemur; quem non moveret ei se successorem designari, qui, cum ecclesiam sex

tere ac viginti annos sapientissime rexisset, tanta valuit alacritate ingenii, tanto virtutum omnium splendore, ut vel adversarios in sui admirationem traxerit et memoriam sui nominis factis præclariis consecrarit? — Dein, ut prætereamus cetera, terrebat Nos, quam quod maxime, ea quæ modo est humani generis conditio afflictissima. Quem enim lateat, consociationem hominum gravissimo nunc, supra præteritas ætates, atque intimo urgeri morbo; qui in dies ingravescens eamque penitus exedens ad exitum rapit? Morbus qui sit, intelligitis, Venerabiles Fratres; defectio, abscessioque a Deo: quo nihil profecto cum pernicie coniunctius, secundum Prophetæ dictum¹: *Quia ecce, qui elongant se a te, peribunt.* Tanto igitur malo, pro pontificali munere quod demandabatur, occurrendum esse Nobis videbamus; arbitrabamur enim Dei iussum ad Nos pertinere: *Ecce constitui te hodie super gentes et super regna, ut evellas et destruas, et edifices et plantes*²; verum conscii Nobis infirmitatis Nostræ, negotium, quod nihil simul haberet moræ et difficultatis plurimum, suscipere verebatur.

Attamen, quoniam numini divino placuit humilitatem Nostram ad hanc amplitudinem potestatis provehere; erigimus animum *in eo qui Nos confortat*, Deique virtute freti manum operi admoventes, in gerendo pontificatu hoc unum declaramus propositum esse Nobis *instaurare omnia in Christo*³, ut videlicet sit *omnia et in omnibus Christus*⁴. — Erunt profecto qui, divina humanis metientes, quæ Nostra sit animi mens rimari nitantur atque ad terrenos usus partiumque studia detorquere. His ut inanem spem præcidamus, omni asseveratione affirmamus nihil velle Nos esse, nihil, opitulante Deo, apud consociationem hominum futuros, nisi Dei, cuius utimur auctoritate, administros. Rationes Dei rationes Nostræ sunt; pro quibus vires omnes vitamque ipsam devovere decretum est. Unde si qui symbolum a Nobis expetant, quod voluntatem animi patefaciat; hoc unum dabimus semper: *Instaurare omnia in Christo!*

Quo quidem in præclaro opere suscipiendo urgendoque illud Nobis, Venerabiles Fratres, alacritatem affert summam, quod certum habemus fore vos omnes strenuos ad perficiendam rem adiutores. Id enim si dubitemus, ignaros vos, non sane iure, aut negligentes putaverimus nefarii illius belli, quod nunc, ferme ubique, commotum est atque alitur adversus Deum. Vere namque in Auctorem suum *fremuerunt*

¹ Ps. 72, 27.

² Jerem. 1, 10.

³ Ephes. 1, 10.

⁴ Coloss. 3, 11.

¹ Epp. 1. 3, ep. 1.

gentes et populi meditati sunt inania¹; ut communis fere ea vox sit adversantium Deo: *Recede a nobis*². Hinc extincta omnino in plerisque æterni Dei reverentia, nullaque habita in consuetudine vitæ, publice ac privatim, supremi eius numinis ratio: quin totis nervis contenditur omnique artificio, ut vel ipsa recordatio Dei atque notio intereat penitus.

Hæc profecto qui reputet, is plane metuat necesse est ne malorum, quæ supremo tempore sunt expectanda, sit perversitas hæc animorum libamentum quoddam ac veluti exordium; neve *filius perditionis*, de quo Apostolus loquitur³, iam in hisce terris versetur. Tanta scilicet audacia, eo furore religionis pietas ubique impetitur, revelatæ fidei documenta oppugnantur, quæque homini cum Deo officia intercedunt tollere delere prorsus præfracte contenditur! E contra, quæ, secundum Apostolum eundem, propria est *Antichristi* nota, homo ipse, temeritate summa, in Dei locum invasit, extollens se *supra omne quod dicitur Deus*; usque adeo ut, quamvis Dei notitiam extinguere penitus in se nequeat, Eius tamen maiestate reiecta, aspectabilem hunc mundum sibi ipse veluti templum dedicaverit a ceteris adorandus. *In templo Dei sedeat, ostendens se tamquam sit Deus*⁴.

Enimvero hoc adversus Deum mortalium certamen qua sorte pugnetur nullus est sanæ mentis qui ambigat. Datur quidem homini, libertate sua abutenti, rerum omnium Conditoris ius atque numen violare; veruntamen victoria a Deo semper stat: quin etiam tum propior clades imminet, quum homo, in spe triumphi, insurgit audentior. Hæc ipse Deus nos admonet in Scripturis sanctis. *Dissimulat scilicet peccata hominum*⁵, suæ veluti potentiæ ac maiestatis immemor: mox vero, post adumbratos recessus, *excitatus tamquam potens crapulatus a vino*⁶, *confringet capita inimicorum suorum*⁷, ut norint omnes *quoniam rex omnis terræ Deus*⁸, et *sciunt gentes quoniam homines sunt*⁹.

Hæc quidem, Venerabiles Fratres, fide certa tenemus et expectamus. Attamen non ea impediunt quominus, pro nostra quisque parte, Dei opus maturandum nos etiam curemus: idque, non solum efflagitando assidue: *Exsurge, Domine, non confortetur homo*¹⁰; verum, quod plus interest, re et verbo, luce palam, supremum in homines ac naturas ceteras Dei dominatum adserendo vindicandoque, ut Eius imperandi ius ac potestas sancte colatur ab omnibus et observetur. — Quod plane non modo officium postulat a natura profectum, verum etiam communis utilitas nostri generis. Quorumnam etenim, Venerabiles Fratres, animos non conficiat trepidatio ac moeror, quum homines videant, partem maximam, dum quidem humanitatis progressus haud immerito extolluntur, ita digladiari atrociter inter se, ut fere sit omnium in omnes pugna? Cupiditas pacis omnium profecto pectora attingit, eamque nemo est qui non invocet vehementer. Pax tamen, reiecto Numine, absurde quæritur: unde namque abest Deus, iustitia exsulat; sublataque iustitia, frustra in spem pacis venit. *Opus iustitiæ pax*¹¹. — Novimus equidem non pau-

cos esse, qui studio pacis ducti, *tranquillitatis* nempe *ordinis*, in cætus factionesque coalescunt, quæ ab *ordine* nominant. Proh tamen spes curasque inanes! Partes *ordinis*, quæ pacem affere turbatis rebus reapse queant, unæ sunt: partes faventium Deo. Has igitur promovere necesse est, ad easque quo licebit plures adducere, si securitatis amore incitatur.

Verum hæc ipsa, Venerabiles Fratres, humanarum gentium ad maiestatem Dei imperiumque revocatio, quantumvis licet conemur, numquam nisi per Iesum Christum eveniet. Monet enim Apostolus: *Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus*¹. Scilicet unus ipse est, *quem Pater sanctificavit et misit in mundum*²; *splendor Patris et figura substantiæ eius*³, Deus verus verusque homo: sine quo, Deum, ut oportet, agnoscere nemo possit; nam *neque Patrem quis novit nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare*⁴. — Ex quo consequitur, ut idem omnino sit *instaurare omnia in Christo* atque homines ad Dei obtemperationem reducere. Huc igitur curas intendamus oportet, ut genus hominum in Christi ditionem redigamus: eo præstito, iam ad ipsum Deum remigraverit. Ad Deum iniquimus, non socordem illum atque humana negligentem, quem *materialistarum* deliramenta effinxerunt; sed Deum vivum ac verum, unum natura personis trinum, auctorem mundi, omnia sapientissime providentem, iustissimum denique legis latorem, qui sontes plectat, proemia proposita virtutibus habeat.

Porro qua iter nobis ad Christum pateat, ante oculos est: per Ecclesiam videlicet. Quamobrem iure Chrysostomus: *Spes tua Ecclesia, salus tua Ecclesia, refugium tuum Ecclesia*⁵. In id namque illam condidit Christus, quæsitam sui sanguinis pretio; eique doctrinam suam ac suarum præcepta legum commendavit, amplissima simul impertiens divinæ gratiæ munera ad sanctitatem ac salutem hominum.

Videtur igitur, Venerabiles Fratres, quale demum Nobis vobisque pariter officium sit demandatum: ut consociationem hominum, a Christi sapientia aberrantem, ad Ecclesiæ disciplinam revocemus; Ecclesia vero Christo subdet, Christus autem Deo. Quod si, Deo ipso favente, perficiemus, iniquitatem cessisse æquitati gratulabimur, audiemusque feliciter *vocem magnam de cælo dicentem: Nunc facta est salus et virtus et regnum Dei nostri et potestas Christi eius*⁶. — Hic tamen ut optatis respondeat exitus, omni ope et opera eniti opus est ut scelus illud immane ac detestabile, ætatis huius proprium, penitus eradamus, quo se nempe homo pro Deo substituit: tum vero leges Evangelii sanctissimæ ac consilia in veterem dignitatem vindicanda; adserendæ altius veritates ab Ecclesia traditæ, quæque eiusdem sunt documenta de sanctitate coniugii, de educatione doctrinaque puerili, de bonorum possessione atque usu, de officiis in eos qui publicam rem administrant; æquilibritas demum inter varios civitatis ordines christiano instituto ac more restituenda. — Nos profecto hæc Nobis, Dei nutui obsequentes, in pontificatu prosequenda proponimus, ac pro virili parte prosequemur. Vestrum autem erit, Venerabiles Fratres, sanctitate, scientia, agendorum usu, studio cum primis divinæ gloriæ, industriis

¹ Ps. 2, 1.

² Job. 21, 14.

³ II Thess. 2, 3.

⁴ II Thess. 2, 2.

⁵ Sap. 11, 24.

⁶ Ps. 77, 65.

⁷ Ps. 67, 22.

⁸ Ib. 46, 8.

⁹ Ib. 9, 20.

¹⁰ Ps. 9, 19.

¹¹ Is. 32, 17.

¹ I. Cor. 3, 11.

² Jo. 10, 36.

³ Hebr. 1, 3.

⁴ Matth. 11, 27.

⁵ Hom. de capto Eutropio, n. 6.

⁶ Apoc. 12, 10.

Nostris obsecundare; nihil aliud spectantes præterquam ut in omnibus *formetur Christus* ¹.

Jam quibus ad rem tantam utamur adiumentis, vix dicere oportet; sunt enim de medio sumpta. — Curarum hæc prima sunt, ut Christum formemus in iis, qui formando in ceteris Christo officio muneris destinantur. Ad sacerdotes mens spectat, Venerabiles Fratres. Sacris namque quotquot initiati sunt, eam in populis, quibuscum versantur, provinciam sibi datam norint, quam Paulus suscepisse testatus est amantissimis iis verbis: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis* ². Qui tamen explere munus queant, nisi priores ipsi Christum induerint? atque ita induerint, ut illud Apostoli eiusdem usurpare possint: *Vivo ego, iam non ego, vivit vero in me Christus* ³. *Mihi vivere Christus est* ⁴. Quamobrem, etsi ad fideles omnes pertinet hortatio *ut occuramus in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi* ⁵, præcipue tamen ad illum spectat qui sacerdotio fungitur; qui idcirco dicitur *alter Christus*, non una sane potestatis communicatione sed etiam imitatione factorum, qua expressam in se Christi imaginem præferat.

Quæ cum ita sint, quæ vobis quantaque, Venerabiles Fratres, ponenda cura est in clero ad sanctitatem omnem formando! huic, quæcumque obveniant, negotia cedere necesse est. Quamobrem pars potior diligentiarum vestrarum sit de seminariis sacris rite ordinandis moderandisque, ut pariter integritate doctrinæ et morum sanctitate floeant. Seminarium cordis quisque vestri delicias habetote, nihil plane ad eius utilitatem omittentes, quod est a Tridentina Synodo providentissime constitutum. — Quum vero ad hoc ventum erit ut candidati sacris initiari debeant, ne quæso excidat animo quod Paulus Timotheo perscripsit: *Nemini cito manus imposueris* ⁶; illud attentissime reputando, tales plerumque fideles futuros, quales fuerint quos sacerdotio destinabitis. Quare ad privatam quancumque utilitatem respectum ne habetote; sed unice spectetis Deum et Ecclesiam et sempiterna animorum commoda, ne videlicet, uti Apostolus præcavet, *communicetis peccatis alienis* ⁷. — Porro sacerdotes initiati recens atque e seminario digressi industrias vestras ne desiderent. Eos, ex animo hortamur, pectori vestro, quod cœlesti igne calere oportet, admovete sæpius, incendite, inflammate ut uni Deo et lucris animorum inhiant. Nos equidem, Venerabiles Fratres, diligentissime providebimus ne homines sacri cleri ex insidiis capiantur novæ cuiusdam ac fallacis scientiæ, quæ Christum non redolet, quæque, fucatis astutisque argumentis, *rationalismi* aut *semirationalismi* errores invehere nititur; quos ut caveret iam Apostolus Timotheum monebat, scribens: *Depositum custodi, devitans profanas vocum novitates et oppositiones falsi nominis scientiæ, quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt* ⁸. Hoc tamen non impedimur quo minus laude dignos existimemus illos e sacerdotibus iunioribus, qui utilium doctrinarum studia, in omni sapientiæ genere, persequuntur, ut inde ad veritatem tuendam atque osorum fidei calumnias refel-

lendas instructiores fiant. Veruntamen celare haud possumus, quin etiam apertissime profiteamur, primas Nos semper delaturos iis qui, quamvis sacras humanasque disciplinas minime prætereunt, proxime nihilosecius animorum utilitatibus se dedant, eorum procuracione munerum, quæ sacerdotem deceant divinæ gloriæ studiosum. *Tristitia Nobis magna est et continuus dolor cordi* Nostro ¹, quum cadere etiam in ætatem nostram conspicimus Jeremiæ lamentationem: *Parvuli petierunt panem, et non erat qui frangeret eis* ². Non enim de clero desunt, qui, pro cuiusque ingenio, operam forte navent rebus adumbratæ potius quam solidæ utilitatis: at verum non adeo multi numerentur qui, ad Christi exemplum, sibi sumant Prophetæ dictum: *Spiritus Domini unxit me, evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captivis remissionem et cæcis visum* ³. — Quem tamen fugiat, Venerabiles Fratres, quum homines ratione maxime ac libertate ducantur, religionis disciplinam potissimam esse viam ad Dei imperium in humanis animis restituendum? Quot plane sunt qui Christum oderunt, qui Ecclesiam, qui Evangelium horrent ignorantia magis quam pravitate animi! de quibus iure dixeris: *quæcumque ignorant blasphemant* ⁴. Idque non in plebe solum reperire est aut in infima multitudine, quæ ideo in errorem facile trahitur; sed in exultis etiam ordinibus atque adeo in iis, qui haud mediocri eruditione ceteroqui polleant. Hinc porro in plerisque defectus fidei. Non enim dandum est, scientiæ progressibus extinguere fidem, sed verius inscitia; ut idcirco ubi maior sit ignorantia, ibi etiam latius pateat fidei defectio. Quapropter Apostolis a Christo mandatum est: *Euntes, docete omnes gentes* ⁵.

Nunc autem, ut ex docendi munere ac studio fructus pro spe edantur atque in omnibus *formetur Christus*, id penitus in memoria insideat, Venerabiles Fratres, nihil omnino esse caritate efficacius. *Non enim in commotione Dominus* ⁶. Allici animos ad Deum amariore quodam conatu, speratur perperam: quin etiam errores acerbius increpare vitia vehementius reprehendere damno magis quam utilitati aliquando est. Timotheum quidem Apostolus hortabatur: *Argue, obsecra, increpa*; attamen addebat: *in omni patientia* ⁷. — Certe eiusmodi nobis exempla prodidit Christus. *Venite*, sic ipsum alloquutum legimus, *venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos* ⁸. Laborantes autem oneratosque non alios intelligebat, nisi qui peccato vel errore tenerentur. Quanta enim vero in divino illo magistro mansuetudo! quæ suavitas, quæ in ærumnosos quoslibet miseratio! Cor eius plane pinxit Isaias iis verbis: *Ponam spiritum meum super eum; non contendet neque clamabit: arundinem quassatam non confringet et linum fumigans non extinguet* ⁹. — Quæ porro caritas, *patiens* et *benigna* ¹⁰ ad illos etiam porrigatur necesse est, qui sunt nobis infesti vel nos inimice insectantur. *Maledicimur et*

¹ Rom. 9, 2.

² Thren. 4, 4.

³ Luc. 4, 18—19.

⁴ Jud. 2, 10.

⁵ Matth. 28, 19.

⁶ III Reg. 19, 11.

⁷ II Tim. 4, 2.

⁸ Matth. 11, 28.

⁹ Is. 42, 1 s.

¹⁰ I Cor. 13, 4.

¹ Gal. 4, 19.

² Ibid.

³ Gal. 2, 20.

⁴ Philipp. 1, 21.

⁵ Ephes. 4, 3.

⁶ I Tim. 5, 22.

⁷ Ibid.

⁸ I Tim. 6, 20 s.

benedicimus, ita de se Paulus profitebatur, *persecutionem patimur et sustinemus, blasphemamur et obsecramus* 1. Peiores forte quam sunt videntur. Consuetudine enim aliorum, præiudicatis opinionibus, alienis consiliis et exemplis, malesuada demum verecundia in impiorum partem translata sunt: attamen eorum voluntas non adeo est depreavata, sicut et ipsi putari gestiunt. Quidni speremus christianæ caritatis flammam ab animis caliginem dispulsuram atque allaturam simul Dei lumen et pacem? Tardabitur quandoque forsitan laboris nostri fructus; sed caritas sustentatione nunquam defatigatur, memor non esse præmia a Deo proposita laborum fructibus sed voluntati.

Attamen, Venerabiles Fratres, non ea Nobis mens est ut, in toto hoc opere tam arduo restitutionis humanarum gentium in Christo, nullos vos clerusque vester adiutores habeatis. Scimus mandasse Deum unicuique de proximo suo². Non igitur eos tantum, qui sacris se addixerunt, sed universos prorsus fideles rationibus Dei et animorum adlaborare oportet: non marte utique quemque suo atque ingenio, verum semper Episcoporum ductu atque nutu; præesse namque, docere, moderari nemini in Ecclesia datur præter quam vobis, *quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei*³. — Catholicos homines, vario quidem consilio at semper religionis bono, coire inter se societatem, Decessores Nostri probavere iamdiu bonaque precatione sanxerunt. Institutum porro egregium Nos etiam laudatione Nostra ornare non dubitamus, optamusque vehementer ut urbibus agrisque late inferatur ac floreat. Verumenimvero consociationes eiusmodi eo primo ac potissimum spectare volumus, ut quotquot in illas cooptantur christiano more constanter vivant. Parum profecto interest quæstiones multas subtiliter agitari, deque iuribus et officiis eloquenter disseri, ubi hæc ab actione fuerint seiugata. Postulant enim actionem tempora; sed eam quæ tota sit in divinis legibus atque Ecclesiæ præscriptis sancte integreque servandis, in religione libere aperteque profitenda, in omnigenæ demum caritatis operibus exercendis, nullo sui aut terrenarum utilitatum respectu. Illustria eiusmodi tot Christi militum exempla longe magis valitura sunt ad commovendos animos rapiendosque quam verba exquisitaque disceptationes; fietque facile ut, abiecto metu, depulsis præiudiciis ac dubitationibus, quamplurimi ad Christum traducantur provehantque ubique notitiam eius et amorem; quæ ad germanam solidamque beatitatem sunt via. Profecto si in urbibus, si in pagis quibusvis præcepta Dei tenebuntur fideliter, si sacris erit honos, si frequens sacramentorum usus, si cetera custodientur quæ ad christianæ vitæ rationem pertinent; nihil admodum, Venerabiles Fratres, elaborandum erit ulterius ut omnia in Christo instaurentur. Neque hæc solum cœlestium bonorum prosecutionem spectare existimentur: iuvabunt etiam, quam quæ maxime, ad huius ævi publicasque civitatum utilitates. His namque obtentis, optimates ac locupletes æquitate simul et caritate tenuioribus aderunt, hi vero afflictioris fortunæ angustias sedate ac patienter ferent; cives non cupiditati sed legibus parebunt; principes et quotquot rempublicam gerunt, quorum *non est potestas nisi a Deo*⁴, vereri ac diligere sanc-

tum erit. Quid plura? Tunc demum omnibus persuasum fuerit debere Ecclesiam, prouti ab auctore Christo est condita, plena integraque libertate frui nec alienæ dominationi subiici; Nosque, in hac ipsa libertate vindicanda, non religionis modo sanctissima tueri iura, verum etiam communi populorum bono ac securitati prospicere. Scilicet *pietas ad omnia utilis est*¹: eaque incolumi ac vigente, *sedebit reapse populus in plenitudine pacis*².

Deus, *qui dives est in misericordia*³, hanc humanarum gentium in Christo Iesu instaurationem benignus festinet; *non enim volentis opus neque currentis, sed miserentis est Dei*⁴. Nos vero, Venerabiles Fratres, *in spiritu humilitatis*⁵, quotidiana et instanti prece id ab Eo contendamus ob Iesu Christi merita. Utamur præterea præsentissima Deiparæ impetratione: cui conciliandæ Nobis, quoniam has litteras die ipsa damus, quæ recolendo Mariali Rosario est instituta; quidquid Decessor Noster de octobri mense Virgini augustæ dicando edixit, publicâ per templa omnia eiusdem Rosarii recitatione, Nos pariter edicimus et confirmamus; monentes insuper ut deprecatores etiam adhibeantur castissimus Dei Matris Sponsus catholicæ Ecclesiæ patronus sanctique Petrus et Paulus apostolorum principes.

Quæ omnia ut rite eveniant et cuncta vobis pro desiderio fortunentur, divinarum gratiarum subsidia uberrime exoramus. Testem vero suavissimæ caritatis, qua vos et universos fideles, quos Dei providentia Nobis commendatos voluit, complectimur, vobis, Venerabiles Fratres, clero populoque vestro apostolicam benedictionem amantissime in Domino impertimus.

Datum Romæ apud S. Petrum, di 4 octobris 1903, Pontificatus Nostri anno primo.

PIVS PP. X.

Aus den Generalversammlungen und Sektionsarbeiten des Katholikentages. Erinnerungen und Anregungen.

Wir versuchen die Vorträge und Arbeiten des Katholikentages unter gewisse Gesichtspunkte zusammenzufassen, um auf dem Untergrunde eines gedrängten Referates einige *konkrete Anregungen zu machen*.

I. Introitus.

Der Katholikentag wurde mit einem feierlichen und erhebenden Pontifikalamte in der Jesuitenkirche, gehalten vom Diözesanbischöfe des Festortes Sr. Gn. Bischof Leonhard Haas eröffnet. Wenn der Herr das Haus nicht bauet, so bauen die Bauleute umsonst. Es war ein lautes Bekenntnis, dass vom Altare und den Sakramenten das katholische Blut in die Adern strömt. Der Festprediger Prof. A. Meyenberg zeichnete den *Sensus catholicus*, den Sinn für die volle unverkürzte und ungetrübte religiöse Wahrheit — den Sinn und das offene Auge für die Sonne, Jesus Christus — für die fortwirkende Sonne, die Kirche — für die Sonnenstrahlen, d. i. für alle einzelnen Lehren, Entscheidungen, Weisungen, Warnungen der Kirche — für das Volllicht der Sonne, d. h.

¹ Ibid. 4, 12 s.

² Eccli. 17, 12.

³ Act. 20, 28.

⁴ Rom 13, 1.

¹ I Tim. 4, 8.

² Is. 32, 18.

³ Ephes. 2, 4.

⁴ Rom. 9, 16.

⁵ Dan. 3, 39.

für die gesamte Fülle der natürlichen *und* übernatürlichen Wahrheit, da auch jede echte Wissenschaft in gewissem Sinne Theologie, ein Wort von Gott ist, und alle Wahrheit von dem einen Urheber *aller* Wahrheit stammt — Sinn und Empfänglichkeit endlich für die Sonnenwärme, die Liebe, die auch für jedes Recht und jeden Notschrei der Mitmenschen ein praktisches Verständnis und wo möglich immer auch eine Tat hat.

* * *

Es war sicherlich *für den Bischof* eine echte Herzensfreude, als das ganze gewaltige Männermeeting mit spontanem Ausdruck innerer katholischer Freude den Oberhirten in seiner Mitte stürmisch begrüßte. Wie vom Altare Gottes selbst, so holt sich auch die katholische Arbeit vom Stellvertreter Gottes Segen und religiöse Leitung. Die markante kurze Ansprache des Bischofs haben wir an die Spitze der vorletzten Nummer gestellt. Es zeigt sich bei solchen Anlässen recht deutlich, was ein Bischof seinem katholischen Volke bedeutet.

* * *

Herr Schultheiss Regierungsrat Düring verstand es schon in seinem packenden Begrüßungsworte die Akzente anzuschlagen, welche der dunkeln Gefühle Gewalt in den Tiefen der Männerbrust weckte: dürfen wir? ja wir dürfen zusammenkommen. Wir müssen zusammen kommen, weil es uns drängte, weil die Zeit dazu drängte, um uns näher kennen zu lernen, um uns zu einigen, um vereint, frei und in Liebe zu arbeiten im Namen Gottes des Allmächtigen, wie es die Eingangsworte der Bundesverfassung verkünden — für Gott und Vaterland.

Der Hirtenstab und das Präsidentenscepter, der geistliche Lehrer und der Vertreter einer souveränen katholischen Regierung, religiöses und patriotisches Hochgefühl in den Massen selbst hatten miteinander das Strombett gezeichnet und gegraben, in dem alle Anregung und Begeisterung des Katholikentages fluten sollte.

* * *

II. Soziales Recht und soziale Liebe.

Universitätsprofessor Dr. Beck sprach über die Stellung der Katholiken zu den sozialen Fragen in der Schweiz. In der ihm eigenen konkreten Weise, religiöse Begeisterung mit praktischem Realismus verbindend, zeichnete er erst im Einleitungsworte eine falsche pessimistische und doch wieder zu vertrauensselige Stimmung hinsichtl. der sozialen Pflichten: die Errungenschaften der Arbeiterschutzgesetzgebung, Fabrikgesetz und Haftpflicht haben lange nicht alle sozialen Fragen gelöst. Die soziale Gesetzgebung selbst ist nicht überall befriedigend durchgeführt. — Aus der Keimzelle der Gesellschaft, aus der Familie sollen vor allem willenskräftige junge Leute herauswachsen mit glücklicher zutreffender Berufswahl. Nicht Protektionsbrücken und Buckel vor dem Bundesthron, sondern Selbständigkeit und Charakterfestigkeit bahnen die Wege der Zukunft. Da eröffnet sich ein weites soziales Arbeitsfeld fürs Elternhaus, für Jünglings- und Vereinspräsidien, für Armen- und Waisenbehörden. Präventivmethode und Erziehung zur sozialen Selbständigkeit! — Dann geht Referent über zur Besprechung des sozialen Vereinslebens: habe ich wenigstens einem unserer sozialen Vereine nach meinem Können und Vermögen meine Kraft und Mithilfe geweiht, das ist die Gewissensforschung, zu

der er die Männermassen einladet. Unter den grossen wirtschaftlichen Aufgaben nennt Prof. Beck die Unfall-, Kranken- und Altersversicherung, deren Vorbereitung in ein neues Stadium getreten sei, die Revision des schweiz. Fabrikgesetzes und die Förderung der Schaffung einer schweizerischen Gewerbeordnung. Mögen die *Rede des unermüdeten Sozialpolitikers*, sowie die *Diskussion in der Delegiertenversammlung der Männer- und Arbeitervereine, in der Sektion der Soziologen und der Arbeiter* ein neuer Ansporn zu unmittelbarer praktischer Arbeit werden. Manche Probleme wie z. B. die Gewerkschaftsfrage sind noch nicht voll gelöst. *Die neuen ersten lokalen und praktischen Versuche und Errungenschaften sozialer Arbeit verglichen mit den grossen Gesichtspunkten der Sozialpolitik zeigen die Wege der Zukunft, die nur allmählich und unter manchen Differenzen und Reibungen zu erobern sind.*

Es braucht hier viel Energie, Mut, auch gegenseitige Toleranz, dazu Berücksichtigung der lokalen Verhältnisse, sowie der grossen politischen Gesichtspunkte im Schweizerischen Arbeiterbund. Beides tut absolut not: grosse sozialpolitische Richtlinien und eine möglichst freie lokale Tätigkeit auf allen Gebieten. Es muss für die verschiedenen oft sich reibenden Stände auch Verschiedenes geschaffen werden. Dabei darf das Klassenbewusstsein nicht unmässig überspannt werden. Aber auch mancher sich fast notwendig heraus bildende Gegensatz der Stände und der Interessen soll nicht bloss künstlich überkleistert werden. Wie verschieden arbeiten z. B. Raiffeisenverbände und -Kassen für den Mittelstand und die vielartigen neuern Wohlfahrtseinrichtungen für Arbeiter in einzelnen Vereinen! Gar manches kann *nur durch praktische Versuche* erprobt werden. Und doch führt endlich alles oft auf verschiedenen Wegen zum einen Ziel. Verwandt mit diesen Gebieten waren die verschiedenen Anregungen und Begeisterungskeime, welche von der stark besuchten unter dem Präsidium des unermüdeten P. Rufin tagenden Charitassektion und dem Caritasverband ausgingen. Wir möchten den Klerus dringend auf die Ziele dieses Verbandes und der einzelnen Vereine aufmerksam machen. Wir haben das ausführliche Programm der Sektionsarbeiten in unserm Blatte gerade deswegen abdrucken lassen, dass es da und dort zum wissenschaftlichen und pastoralen Particularexamen benützt werde. Rühmen wir jetzt nicht bloss unsern Katholikentag — sondern kümmern wir uns um *einzelne* Richtlinien und Anregungen desselben. Wir erinnern hier auch an den Ausbau und die Begründung von charitativen Anstalten und Vereinen, an die Förderung der grossen sozialen Arbeiten unserer religiösen Kongregationen, an eine intensivere Beteiligung der Laienwelt an bestehenden und neuen charitativen Werken, an die ersten Aufgaben der Waisen- und Armenbehörden u. s. f. Es gilt auch in Predigt, Presse, Vereinen und allüberall *Rechtssinn, weitgehende barmherzige Liebe und christliche Humanität* zu wecken und praktisch zu fördern. In das gleiche Gebiet des sozialen Rechtes gehörte auch der packende und bedeutsame Vortrag von *Dr. Feigenwinter: Was schuldet die schweizerische Volkswirtschaft dem Bauernstande?* Der Raum unseres Blattes gestattet nicht, näher auf Einzelheiten einzugehen. *Es wäre aber sehr zu wünschen, dass die Präsidien der sozialen Vereine die gesammelten Reden und Skizzen aus dem Gebiete des sozialen Rechts und der sozialen Liebe im*

Laufe dieses Winters durchgehen und mit den Zielpunkten und Arbeiten ihrer Vereine vergleichen würden. Da und dort dürfte alsdann auf dem guten Grunde der gemachten Anregungen eine neue Arbeitsperiode mit praktischen Resultaten erblühen. Verwerten, Fortarbeiten, das Kapital des Katholikentages flüssig machen — sei jetzt Lösung!

Vorlesungsverzeichnis¹

an der theologischen Lehranstalt und dem Priesterseminar in Luzern.

1. *Encyklopädie der Theologie* als Nachweis der Selbstständigkeit und Wissenschaftlichkeit der Theologie; theologische Methodik und Systematik bei Prof. A. Portmann.

2. *Apologetik und generelle Dogmatik* mit systematischer Orientierung über sämtliche apologetischen und theologischerkenntnistheoretischen Fragen bei Professor A. Portmann.

1. und 2. wöchentlich 5 Stunden, insb. für den I. theol. Kurs.

3. *Dogmatik: positiv-speculativ-systematische* Behandlung, auf Thomas aufbauend mit religions- und dogmengeschichtlichen Orientierungen: II. Teil *Erlösungslehre bis und mit Eschatologie* bei Prof. A. Portmann, 5 Std.

4. *Kirchengeschichte* bei Prof. Dr. Segesser für I. und II. Kurs gemeinsam wöchentlich 6 Stunden: 1. Hälfte Geschichte des kirchlichen Altertums und des frühern Mittelalters bis zum Ende des 13. Jahrhunderts, mit gleichzeitiger Behandlung der Patrologie und christlichen Archäologie und der einschlagenden Partien der schweizerischen Kirchengeschichte.

5. *Patristische Lesung* für alle drei Kurse gemeinsam, wöchentlich eine Stunde bei Prof. Dr. Segesser.

6. *Kirchenrecht* bei Prof. W. Meyer III. Kurs, wöchentlich 4 Stunden auf Grundlage von Dr. Heiner, Katholisches Kirchenrecht.

7. *Exegetische Wissenschaften*. a) *Alttestamentliche E* bei Prof. H. Thüring.

1. Einleitungswissenschaft wöchentlich 3 Stunden. Biblische Archäologie. Isagogik und Hermeneutik nebst kursorischer und pragmatischer Bibellektüre bes. für I. Kurs.

2. Exegese: a) Genesis wöchentlich 3 Stunden bs. für I. Kurs. b) Exegese des Propheten Zacharias, wöchentl. 3 Stunden. c) Hebräische Sprache, I. Kurs wöchentlich 2 Stunden. Formenlehre. Lektüre und Uebersetzungen. — II. Kurs Wiederholung der Formenlehre; Syntax. Lektüre und Uebersetzung aus der Genesis und den Psalmen, wöchentlich 2 Stunden.

b) *Neutestamentliche E* bei Prof. A. Meyenberg.

1. Einleitung in das Neue Testament mit besonderer Berücksichtigung des Inhalts der einzelnen Bücher und der neueren kritischen Fragen 2 Stunden bs. für I. Kurs.

2. Harmonistische Exegese der Kindheitsgeschichte Jesu, wöchentlich 1 Stunde, insb. für I. Kurs.

3. Harmonistische Exegese des Lebens Jesu z. T. in einlässlicher exegetischer Behandlung, z. T. in pragmatischer Uebersicht (Gesamtbehandlung des Lebens Jesu auf 3 Jahre berechnet) II. Teil wöchentlich 2—3 Stunden.

4. Exegese der Korintherbriefe (durch zwei Semester) wöchentlich 1—2 Stunden.

¹ Die Vorlesungsverzeichnisse der Fakultät in Freiburg und der übrigen Anstalten folgen in den nächsten Nummern.

8. Moraltheologie bei Prof. Meyer.

I. Kurs, wöchentlich 2 Stunden. De principiis theologiae moralis, allgemeine Moral auf Grundlage des Lehrbuches von Noldin in positiv-scholastisch-casuistischer Methode.

II. und III. Kurs, wöchentlich 3 Stunden. Moralpastorelle Behandlung der Sakramentenlehre.

9. *Pastoraltheologie* bei Prof. A. Meyenberg mit besonders eingehender theoretisch-praktischer Behandlung der Homiletik und Katechetik. — Eingehende liturgisch-archäologisch-homiletische Behandlung des Kirchenjahres. — Praktische Uebungen zur Stoffauffindung aus Bibel, Liturgie und Theologie. — Predigtübungen. — Diejenigen Teile der Pastoraltheologie, welche im vierten (Seminar-) Kurs oder in der Moraltheologie eine eingehendere Durchnahme erfahren, werden übergangen oder kursorisch unter Auswahl einzelner Partien behandelt: wöchentlich 3 Stunden, daneben praktische Uebungen.

10. *Pädagogik* bei Prof. A. Meyenberg (durch 4 Semester je 1 Stunde). Allgemeine und spezielle Pädagogik und Methodik mit Anschluss der in der Katechetik bereits behandelten Partien.

11. *Thomaslektüre und Interpretation* als Einführung in die scholastische Philosophie, Theologie und Terminologie mit einem Ueberblick des ganzen Systems der Summa bei Prof. A. Portmann.

12. *Dantelektüre* bei genügender Beteiligung: theologische Erklärung der divina comedia, wöchentlich 1 Stunde bei Prof. A. Portmann.

Im Ordinandenkurse speziell:

a) *Pastoral* bei Prof. W. Meyer. Seminarkurs wöchentlich 1 Stunde: Einführung in die Pfarrgeschäfte, in die Pastoration überhaupt, in Vereins- und Krankenseelsorge.

b) *Aszetik* bei Prof. Meyer. Wöchentlich 1 Stunde.

c) *Pastorelle Casuistik*: Casus morales de præceptis et sacramentis, bei Prof. W. Meyer.

d) *Homiletik* bei Prof. A. Meyenberg Praktisch-homiletische Behandlung ausgewählter Partien aus der hl. Schrift der Liturgie insb. aus Missale, Brevier und der Theologie mit homiletischen Exegesen und Skizzenvorschlägen. Methodik der Predigt. Predigtübungen und Predigtkritik.

e) *Katechetik* bei Prof. A. Meyenberg. Praktische Methodik des religiösen Unterrichts und der religiösen Erziehung auf allen Stufen mit ausgewählten Beispielen und Vorschlägen. b. Katechetische Uebungsschule mit Selbstbetätigung der Alumnen in der Katechese mit nachfolgender Kritik.

f) *Liturgik und Gesang* bei Prof. Dr. Schwendimann. 1. Generelle und spezielle Liturgik, 2 Stunden für den Seminarkurs. 2. Liturgisch-praktisches Seminar, 2 Stunden für den Seminarkurs. 3. Einführung in den römischen Choralgesang. — Die priesterlichen Gesänge. — Graduale Vespérale. — Vierstimmiger Kirchenchor für alle vier Kurse.

g) *Breviererklärung* bei Sn. Gn. Propst J. Duret.

h) *Soziale Seelsorge*: im Sommersemester bei Professor A. Meyenberg.

i) *Repetitorium apologeticum* bei Prof. A. Portmann.

k) *Kunstgeschichte* bei Prof. A. Portmann.

l) *Pastoralmedizin* bei Sn. Gn. Propst J. Duret.

